



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

De aborto, bello & homicidio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

zelo hanc reuelationē omiserit. quod caute est considerandum ex Henric. in d. c. Petrus. tamen si varie Innocen. & alii ibidem in hac quæst. responderint. etenim sepe est culpa istius inpeccanda. vt eum iudicemus irregularem.

Imo & in omnibus his casibus non tantū erit locus irregularitati. sed & alijs criminis commissi pœnis: quod deducitur ex d. c. confitetur. & in c. sicut iuris de simonia. Felin. in d. c. Petrus. Bald. in c. veritas. de dol. & cont. licet non omnino sit pœna ordinaria infligēda: saltē corporalis. aut criminalis.

Decimo. ex his poterit. examinari. quod notat Guliel. Laudunensis in hac Clem. t. in glo. vlt. scribens. irregulārē esse eum. qui alterum percussit. licet non mortifere. si propter eam percussorem ex imperitia medici. aut ex malo corporis regimine obierit. hoc ipsum tenent Ludou. Car. in pract. cri. tit. de homicid. §. 6. nu. 322. vbi limitat. idē notat. Hēric. in d. c. significasti in 2. de homi. col. 2. quibus aduersus Caiet. in 2. 2. quæstio. 64. art. 8. ex hoc inquit. ꝑ excusatur non intendens occidere percussor ab homicidio. quando mors ex mala cura. vel regimine sequitur. sed quia quo ad irregularitatem superius diximus esse voluntariū homicidium. quod sequitur ex vulnere illato. licet percussor non haberit animum occidendi. cum habuerit animum vulnerandi: saltē hęc volūtas fertur in homicidiū magis. vel minus indirecte iuxta percussoris & instrumenti qualitatē: ipse viorem esse opinor opinionē Guliel. & Hēric. nec enim negari potest. hunc vulneratū mortem obiisse ex vulnere. vt fere causa propinqua. Nam ex eo secuta fuit mors: siquidem non illato illo vulnere percussor minime ex ea causa mortem obiisset. Quod præmissa percussoris culpa satis est ad irregularitatem ex homicidio constituendam. c. de cetero. de homi. text. ad hanc decisionē in specie singul. in c. tua nos. in princ. de homi. etenim quod non fuerit adhibita diligentia in medicamine vulneris. per accidēs ad mortem pertinet: ipsum autem vulnus directē. & per se mortem intulit. At in c. exhibita de hom. nullam habuit culpam is. qui ab irregularitate excusatur. quia si culpam aliquam habuisset in ipso vulnere inferēdo: profecto irregularis foret iudicandus. si ex vulnere. etiā culpa medici. vel incuria infirmi. mors foret secuta: sicut inibi sentiunt Innoc. Abb. Ana. & Fel. post Hosti. quorum Opinio Communis est. in hunc sensum. quod illa Decretalis cōtineat ius commune. non dispensationem: & idem tenet gl. ibi vlt. & in verb. corrueus. ex multis quidē. quia culpa defuit. & propter imperitiam medici. & negligentiam ipsius parentis in filii vulnere medendo. & curando. atque Hosti. Henr. & Fel. sentiunt plurimū excusare medici imperitiam. & incuriā parētum etiā si aliquam culpā habuisset is. de cuius irregularitate inibi agitur: & præterea ætatem eius puerilē fuisse considerandā existiment: & deinde causam vulneris remotam esse Innoc. Pan. & Ana. opinātur. nō satis esse sufficientem excusationē ipsius medici imperitiā. si culpa præcessisset. propinqua ipsius vulneris: quid sit. omnes mihi in hoc conuenire videntur. vbi contigerit culpa propinqua vulneris. ex quo fuerit secuta mors. non excusari quēquam ex imperitia medici. nec ex inordinato regimine ipsius vulnerati. Quod si vulnus illatum esset adeo leue. quod nullo. vel modico medicamine percussus posset liber. & sanus euadere: & tamen vulneri appositum est venenum: tunc percussor. ni fallor. non esset iudicandus irregularis. quia ex veneno potius. quā ex vulnere percussus moritur.

His tamē addendū est. non imputari quo ad l. Aquil. nec quo ad pœnā ordinariam homicidiū vulnerati. non mortifere. si id fuerit secutū culpa medici. vel vulnerati. l. qui occidit. §. vlt. ff. ad l. Aquil. notatur in l. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de ad l. ad l. gl. quam ibi notat Bal. & Dd. in l. si ab hosti. §. i. ff. solut. mat. quam dixit esse aureā Fel. in c. presb. de hom. est & ad hoc gl. in d. §. si mancipium. quam cōmendat Aret. in §. vlt. inf. de empr. & ven. tradit Bologn. conf. 5. col. 3. & Hipp. in pract. §. & quia. n. 18.

Ceterum Ang. in d. §. si mancipium. scribit. quod vbi vulnus est in dubio an sit mortiferū. vel ne. & ipse vulneratus vocauerit ad medelam medicū imperitum. præsumendū erit. mortē cōtingisse culpa medici potius. quā ex ipso vulnere. idem sentiūt gl. Bar. & Dd. in d. c. l. si ab hosti. §. i. Flor. in l. ait. lex. §. i. ff. ad l. Aquil. text. opt. in l. si ex plagis. in princ. ff. cod. tit. vbi probatur. percussorē non teneri de morte. sed de vulnere. si percussus adhibuit ad medelā incantatorem: quod Soci. notat conf. 178. col. 4. l. 2. Vnde illud est constituendum. vulnerantem in his casibus sepe teneri de vulnere. Sed quo-

ad hanc decisionem Angel. oportet aliquot casus distinguere.

Primus equidem casus constat. quando est dubium. an vulnus sit mortale. aut appareat illud non esse mortale. tunc etenim obtinent ea quæ modo adnotauimus. in presb. tamen. & in vers. ceterum.

Secundus casus proponitur. quoties cōstat iudicio medicorū. vulnus fuisse. & esse mortiferū: & in hac specie tunc percussor medicū non adfuerit. aut tandem imperitiū moriatur. homicidiū percussori imputatur. nō tantū vulnus: sicuti sentit Alex. in d. l. si ab hosti. §. i. col. 2. eleganter Soc. in d. conf. 178. col. 2. gl. & Alber. in l. huius scrip. ff. ad l. Aquil.

Tertius casus constat ex primo. Nam vbi apparet. vulnus non esse mortiferum. & tandem mors fuerit secuta. præsumitur. eam ex culpa medici vel infirmi processisse. quod notat Platea in l. nec semel. C. de re mil. li. 10. Felin. d. c. presb. col. 2. Soc. in d. conf. 178. col. 2. sentit Bal. in d. l. si ab hosti. §. i. & in d. l. qui occidit. §. vlt.

Quartus casus cōtingit. quoties. quis moritur ex febris. & morbo accidenti ratione vulneris: tenebitur etenim percussor de homicid. non tantū de vulnere. text. in d. c. presb. vbi Felin. post gloss. & alios. & licet inibi tractetur de irregularitate. idem erit propter eandem rationem quo ad alias pœnas. quemadmodum docet Albe. 2. part. stat. 9. 37. Lud. Carro. alios allegans in pract. tit. de homicid. §. 3. n. 74. idē latius in §. 6. nu. 322. tamen si existimet. etiam in hoc casu non esse percussorem puniendum pœna ordinaria: quod eleganter tradit Cæpol. conf. 62. Qua in re iudicio medicorū maxime standum erit secundū eosdem. & Ripam in tract. de presb. per. §. medicorum auxilio. n. 138. Alex. in l. si in stipulatus esse ad l. vlt. col. ff. de verb. obl. Bologn. in conf. 5. col. 8. text. ad hanc. & similia in l. mortuus. & ibi Bart. ff. loca. Abb. & Anan. in d. c. presb.

Quoties vero diximus. præsumi vulneratum obiisse ex culpa medici aut ipsius infirmi: atq; ideo non teneri percussorem de homicidio. sed de vulnere: id est intelligendum quo ad mortis pœnam. non quo ad alia. vt explicat Hipp. in conf. 7. Lud. Gome. in reg. cancel. de infirmis. q. 11. vbi tractat de iudicio medicorū post Bart. in l. vlt. ff. de sicar. n. 12.

Quod si coniter. vulneratū ex percussione obiisse. tunc nihil refert ad punitionem. quod ex intervallo. vel intra breue tempus decesserit Bart. in d. l. vlt. ad §. 6. & ibi Hipp. in 63. & in d. conf. 7. Anch. Card. Abb. & Fel. in d. c. presb. Anan. in c. 2. de cler. percuss. text. in l. ait. lex. & in l. si ex plagis. in princ. ff. ad l. Aquil. notat Pan. in d. c. 2. de cler. percuss. tamen præsumptio non leuis. sit. mortem ex vulnere non esse secutam. quando percussus ex intervallo mortem obierit: præsertim postquam semel conualuerit. text. opt. in d. c. presb. & in d. c. si quis suminus. §. 50. diffin. in l. i. Cod. de emenda. seru. sed hoc est semper iuxta medicorum iudiciū censum: vt Bart. & alii notant. in d. c. vlt. Anch. in conf. 283. Bologn. in d. conf. 5. col. 2. deniq; vitū est omnibus his I. V. Doctoribus quorū ad hanc decimam illationem mentionē fecimus. Nec enim aliter poterit commodè questio ista definiri que omnino notanda est. quo ad irregularitatis pœnam. & quo ad homicidij vel vulneris illati ordinariam aut extraordinariam punitionem.

§ TERTIVS.
De abortu. bello & homicidio.

SVM MARIA.

- 1 Irregularis est. qui abortioni causa dederit: & ibi de huius criminis pœna.
- 2 Bolum insultum. vel iniustum. an efficiat quem irregularem: & an cetera possit punire propria manu?
- 3 Dispensare quis possit super irregularitate contracta ex homicidio voluntario?
- 4 Episcopus potest dispensare cum homicidio voluntario. occulto tamen.
- 5 Quis potest dispensare cum homicida casuali. quo ad irregularitatem?
- 6 Episcopus potest dispensare cum homicida voluntario. quo ad retentionem beneficii.
- 7 Homicida beneficio ecclesiastico priuandus per sententiam. an possit tamen ante priuationem eidem beneficio renouari.

Vndecimo. ad hunc irregularitatis tractatum admodum pertinet inquirere de eo. qui abortioni causam dederit. an & ꝑ homicida sit. qui abortionis crimen commiserit. eidem causam exhibens? cui questioni prænotanda sunt pluchra Ciceronis verba in oratione pro Aulo Cluentio: cuius pars refertur à Iurifico sulto in l. Cicerone ff. de pœnis. Etenim cū ad v. esset de punitione fieri. cū quidā. quæ ob pecuniā factū nōdum animatū potionebus sumptis abegit. subdit Cic. Nec iniuria. quæ spem parētis. memoriam nominis. subsidiū generis. hæredē familie. de-

teris Testamenti homicidam non prohiberi sacerdotio. idem glo. in d. c. de consec. dist. Nec quicquam refert, quod David Rex 2. Reg. c. 7. à Domino audivit: *Non edificabis mihi templum, quia vir sanguinis es.* Nam etsi Moyses sanguinem per homicidium effuderat: non tamen ita sanguinolentus, ut David dici potuisset: propter multum sanguinem effusum à David Rege. quod apparet ex ca. 22. Paralipomenon. Et præterea David præparabat edificare illud vnicum templum apud Iudaicum populum, quod præfigurabat Ecclesiam Christianam, quæ in pacis vniione & concordia, ac charitate fundata est, c. 4. ad Ephes. Sollicitus, inquit, Paulus, seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnde constat, irregularitatem ex homicidio non esse, nec fuisse inductam lege veteri diuina: quod si veteris Testamenti lege diuina fuisset instituta, hodie post legis Euangelicæ institutorem minime vim legis ea institutio haberet: nec ex ea dici posset, hanc irregularitatem iure diuino inductam esse. Ius diuinum legis Euangelicæ nihil hac de re statuit: idcirco sequitur, hanc irregularitatem iure Pontificio humano statutam fuisse: quemadmodum voluerunt Innocent. & DD. in c. nisi cum pridem. de renunciat. Idem Innoc. & alij in c. ad audiendum. de homicid. Palud. in 4. sent. dist. 25. q. 3. col. vlt. Flor. 3. part. tit. 28. c. 2. §. 6. & esse hanc opinionem communem, fatetur Syluest. in verb. irregularitas in sin. tametsi Panorm. in d. c. audiendum. & ibi Marian. Socin. 3. quest. princip. et. teneant, irregularitatem propter homicidium iure diuino fuisse inductam, quæ quidem opinio minime potest iure probari.

Hic plane constat, Romanum Pontificem posse dispensare super hoc vitio irregularitatis ex homicidio contractæ: sicut dispensare potest aduersus alias humanas leges, & Pontificias. quod probant Innoc. Host. Abb. Anan. & communiter Doct. in c. sicut dignum. §. vlt. de homicid. & in d. c. ad audiendum. nu. 95. Flor. in d. §. 6. Conf. à Villad. de irreg. cap. vlt. dicens, hanc opinionem communem esse, quam etiam sequuntur Syluest. in d. verb. irregular. ad fin. Alber. Trot. in tract. de vero & perfetto. cler. 2. lib. c. 26. Thomas Ferrarius caus. 44. Ludouic. Gomez. in tract. expell. avararum. nu. 88. [In hoc tamen conveniunt omnes, difficillime obtineri hanc dispensationem à summo Pontifice, nisi pro eo, qui religiosus sit, vel esse velit in aliquo mendicantium religiosorum monasterio: quod ita fieri, asseuerant Lud. Gomez. in d. c. nu. 88. & Ioan. Staphil. de literis gratis & iustitia. fol. 193. col. 2.]

Idem in praxi receptum est, quoties homicidium voluntarium sit occultum omnino. Nam Rom. Pont. consuevit cum hoc homicida dispensare: saltem vt in susceptis ordinibus ministret: quemadmodum fa. etur Ludouic. Gomez. in l. nu. 88. id vero mirum non est: quidem Episcopus dispensare potest cum homicida voluntario, si sit omnino occultus, quoad ministeriū altaris in susceptis ordinibus: Auctore Archid. in c. de his 50. dist. & Fred. cons. 168. Anchar. in reg. peccati venia. de reg. iur. in 6. col. 3. text. opt. in c. nisi cum pridem. de renunciat. vers. si tamen culpa latet. simul & ex reg. quæ adnotari solet ex c. nuper. de sent. excom. quam & in dispensationibus probant Ioan. de Ligniano, Calder. & Panorm. in c. at si clerici. §. 1. nu. 5. de iud. post Innoc. in c. dilectus. de tempor. ordin. vbi Bellamera eandem opinionem sequitur, sed Archid. opinionem quoad susceptos, & suscipiendos ordines sequitur Ang. in verb. homicid. §. q. 1. ex Panor. eam deducens in cap. ex tenore. col. 3. de tempor. ordinat. eandem Ang. sententiam veriorum esse censet Alfonso à Cast. in c. de potestate. leg. p. ana. c. vlt. vers. 3. princ. conclus. qui, dum egregie quæstionem istam explicat, tandem probare conatur, nullam in hac specie contrahi irregularitatem: quasi iura Pontificia statuentia irregularitatis pœnam homicidis, minime eos homicidas completantur, qui omnino sunt occulti, & quorum homicidium probari non potest aliter, quam per eorum confessionem, quo fit, vt iuxta eius rationes necessaria non sit in hoc casu dispensatio Episcopi. adducit ad hoc text. in cap. ex tenore. de tempor. ordinat. cui censet non obesse text. in cap. vltim. eodem titul. & in cap. inquisitionis. in princ. de accusat. quippe qui loquantur in eo casu quo crimina occulta non sunt, sed possunt in iudicio saltem paucis testibus probari.

Non verò arbitramur, posse humana Pontificia constitutione induci irregularitatem in pœnam criminis exterioris, etiam occultissimi, quod nullis probari testibus valeat. nec video in hoc quicquam virgere grauius, vt contrarium defendi possit. hanc opinionem multis probarem, nisi & eam alioqui iam non semel in his, quæ hæcenus scri-

psimus, doctissimorum virorum autoritate communitim tradidissim.

Deinde illud mihi cõstitutissimum est, ius Pontificii irregularem constituere, & efficere homicidam exterioris, etiam si occultissimus sit, adeo quidem, vt nullis testibus homicidium exterius probari queat. Hoc enim ipse de iure ex omnibus iuris canonici locis, quibus hæc sunt statuta irregularitas, etenim propter homicidij actum iudicatum fuit abique distinctione, an is occultus vel publicus sit.

Hoc ipsum evidentius fit, si consideremus, esse quædam crimina grauius quidem, & ideo digna depositione ab ordinis ministerio, eaque perpetua. quæ tamen sine occultis, siue publica sint, non efficiunt eorum auctorem irregularem: nempe adulterium, falsi crimen, simonia in beneficio acquirendo commissa peritium: vt not. in causa. de p. nis. c. at si cleric. §. vlt. de iudic. in his equidem criminibus extinguitur textus elegans in d. c. ex tenore. quo dictum est, non esse quemquam prohibendum à ministerio suscepti sacri ordinis, nec ad alios promotione: si crimen occultum sit, id est, nondum in iudicium deductum per probationem, nec notorium, aut publicum alioqui, quasi Romanus Pontifex responderit, non esse puniendum quem ob delictum occultum in his, quæ pertinent ad sacros ordines, ca. p. na. quæ puniretur, si id crimen notorium aut probatum in iudicio foret. Idem constat in c. de his in 1. 50. dist. & probatur in regula expressim tradita in c. vlt. de tempor. ordin. quas resolutiones, & iuris Pontificij decisiones ipse procedere cõ-

teo, etiam si hæc crimina non essent omnino occulta, sed possent duobus testibus aut tribus probari: modo notoria non sint, nec in iudicio probata: sicuti satis in specie probat text. in d. c. vlt. Alia verò crimina sunt, quæ ipso iure impediunt ordinis suscepti executionem, etiam si non notoria sunt: vt homicidium, simonia in ordine commissa, & his similia, in his profecto criminibus, etiam si omnino sunt occulta, nec possent testibus probari, irregularitas adhuc iure Pontificio contrahitur. Hoc constat ex his, quæ prima huius operis parte de Sodomia crimine diximus: deinde in d. c. vlt. de tempor. ordin. vbi apparet, homicidium post peractam penitentiam adhuc impedire suscepti ordinis ministerium, & ad maiores promotionem, etiam si nec notorium sit, nec in iudicio probatum: sub hoc autem homicidio & illud continetur, quod est omnino occultum, modo exterius sit: igitur & hoc impedit sacri ordinis ministerium, & promotionem ad eundem. Eadem opinio constat in c. nisi cum pridem. §. persona. de renunciat. quo in loco glo. in verb. latet. & Anton. à Butr. hoc ipsum plane adnotarunt, & probant Conf. à Villad. de irregularit. c. dixi etiam. c. ca. de vlt. Henr. in c. vlt. de tempor. ordin. sententiunt omnes in c. inquisitionis de accusat. Nec refert, posse delictum probari, vel non, modo ad actum exteriorem suapte natura probabile processum sit: vt lege humana & Pontificia is actus comprehendatur, tametsi referat quandoque, an sit occultus, vel notorius, quoad plures iuris effectus. Præter hæc mihi fatetur, quod ex homicidio exteriori contrahatur iure canonico irregularitas, qui autem dixerit, hæc iura humana nõ esse intelligenda de homicidio omnino occulto per accidens, id non esse quidem erit, vt probet. Ex quibus ipse colligo ex autoritate adhuc Panorm. Ang. & sequacium, ex homicidio vtunque occulto contrahi irregularitatem, ab Episcopo tamen debilem. Etenim ipse Panorm. in hac specie contractam esse irregularitatem fatetur, licet ea sit ab Episcopo debilis per eius occultam dispensationem, quod Ang. & alij ita intellexerunt, tametsi Syluest. in verb. homicid. §. q. 1. opinatur, hanc irregularitatem & in hoc casu non potest tolli per Episcopi dispensationem. Sed & Synodus Tridentina sess. 4. sub Iulio 111. cano. 7. statuit, homicidam voluntarium non esse promouendum ad sacros ordines, nec ad beneficia, etiam si homicidium non fuerit in iudicio probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum. Videtur enim tollere sacrosancta Synodus dispensationem Episcopi, quæ iure Canon. si Episcopi voluit interdiceret dispensationem quoad ordines suscipiendos, fortassis intelligendus sit in homicidiis, quæ licet sunt occulta possunt tamen probari, nec sunt omnino occulta. Ipse etenim iudicium tamen probata hac in quæstione appello facilius intellectus gratia, quæ nullis testibus probari possunt, nec aliter, quam per confessionem ipsorum delinquentium, tametsi extentione opere contingerint. Quibusdam tamen potius placebit, ge-

realtiter à Synodo Tridentina hoc in Canone prohiberi Episcoporum dispensatione, quo ad ordines iuricipidos: vti etiam non sit admittendum, quod Ang. ex Panor. adnotavit. Nam & eadem Tridentina Synodus sess. 24. ca. 6. expressim Episcopis interdicit dispensationem circa irregularitates ex homicidio voluntario, etiam occulto promittentes.

Hinc illud mihi dubium est, quod idē vir doctissimus Alfonso à Castr. in d. c. vlt. 3. concl. vers. ex hac. opiniatur, alleue- rans, filium presbyteri ex coniugata ita occulte genitū, vt non possit aliunde probari, quam per parentum, assertio- nem posse sine dispensatione promoueri, & beneficium, curam animarum habens, recipere. Contrarium siquidem tenent Anton. in cap. 1. de filiis presbyter. & Gonsal. à Villad. in tenent Anton. in cap. 1. de filiis presbyter. & Gonsal. à Villad. in tenent Anton. in cap. 1. de filiis presbyter. Atque ideo super hac de questione cogitandum amplius esse cenleo.

Solet tamen Romanus Pontifex quandoq; dispensare cū voluntario homicida, etiā publico, quoad altaris ministe- rium: hoc demum addito, quod intra triennium minime altari ministrat: & deinde extra locum, in quo homicidū perpetravit. Sic sane referunt & testantur Ludou. Gomez. in d. d. d. de re iud. q. 2. & Ioan. Staphil. in d. fol. 193. qui etia scripsere, consuevisse summum Pontificem aboluere clemenciam à reatu homicidij, ac omnis labis & infamiae macula eius occasione contracta, vt in primum honores restitueretur: poteritque hic homicida obtinere ex vi huius resolutionis beneficium simplex, si tibi consecratur, c. 2. de cleric. pugnati. in duello. non tamen huic liberat, nisi aliud in absolutioe fuerit expressum etiam in obtentis ordinibus alteri ministrare: quod ipse Ioan. Staphil. adnotauit.

Dispensat t̄ verò solus Papa cum homicida casuali, vt in sacris ministrat, vel ad sacros ordines promoueat. Pa- norum. in c. contineatur. de homicid. idem & Dd. maxime Mariā. Socin. 95. in cap. ad audientiam. eod. tit. Regia l. 51. tit. 6. part. 1. licet tamen Episcopo dispensare cum quocunque homicida, vt in minoribus ordinibus iam susceptis possit ministrare: quemadmodum ex c. ad audientiam. & c. contineatur. de homicid. c. 2. de cleric. pugnati. in duello. notant in d. c. 2. Host. Ioan. Andr. Innoc. Gardin. & Anan. quorum opinio magis communis est: tamen si quoad homicidium voluntarium nullibi probetur, & ita eam in homicidio casuali tantum admittunt Abb. in d. Socin. num. 95. & Felin. col. vlt. & ibi quoq; Anan. in d. ca. ad audientiam.

Ceterum hac intelligenda sunt quoad ministerium ordi- nis: Nam t̄ quoad beneficium simplex obtinendum, pote- rit cum homicida, etiam voluntario, Episcopus dispensa- re: text. in d. c. 2. de cleric. pugnati. in duello. vbi frequentissimē eius interpretes hoc adnotarunt Socin. item, & Fel. in d. ca. ad au- dientiam. Ioan. Staph. de literis grat. & iustit. fol. 78. qui secus esse censent quoad beneficium curam animarum habens, arg. text. in c. 1. de filiis presby. in 6. tamen si Anan. in d. c. 2. etiam quo ad hoc, teneat posse Episcopum dispensare.

Quod si quis beneficium simplex habens, homicidium commiserit, possitque ex dispensatione Episcopi illud re- tinere: tamen etiam nondum mota lite, nec accusatione instituta, alter hoc beneficium impetraret in eūdem pri- uationis, non possit Episcopus dispensare, vt homicida il- lud beneficium retineret: quia ex praemissa impetratione nus quoddam alteri iam sit quaesitum: nec ipse Papa abque huius iuris derogatione visus foret alteri prauidicium facere quod Do. voluit. in conf. 105. co. vl. vbi hoc aliquot rationi bus probat & sequitur Ioā. Staphil. de literis grat. & iustit. fol. col. 2.

Verum ad huius conclusionis intellectum praemittend- um est: homicidam, etiam voluntarium, non esse ipso iure priuatum beneficio ecclesiastico, sed priuatum per sen- tentiam, text. in c. clericis, ne cler. vel monach. notat Innoc. commu- niter receptus in c. cum nostris, de concess. prab. nam & eius opi- nionem communem esse, asserunt Anan. & Felin. in cap. in- quiritio. col. 1. de accusat. Anto. Corle. in sing. verb. sententia. notat Capell. Tholosan. 207. Felin. in c. 2. col. 3. de rescript. & in c. scilicet- tatem. col. 1. eod. tit. Prepos. in c. frudeat. 3. o. distin. Ioan. Bernard in p. 1. 44. 98.

Item est ad hoc ipsum adnotandum t̄ eum voluntarium homicidam, quique per sententiam priuandus est benefi- cio, posse interim ad huc pendente accusatione eidem be- neficio renunciare, priusquam condemnetur, gloss. elegās in c. si lite pendat. in verb. finita. lib. 6. quam Dd. inibi sensim probant, & Ferrer. a. urela 44. gl. in reg. Cancell. 27. Rebuff. in tract. de

pacificis possess. au. 261. Felin. in d. c. inquisitionis. col. 3. Rota in antiquo- ribus, quinta. de re iudic. Ludou. Gomez. in regul. de annali. possessore. q. 42. nu. 3. Chaffan. in confil. 44. nu. 22. Philip. Prob. in additionib. ad Monach. in c. Alma mater. de sent. excom. num. 6.

Quidam tamen existimant, hanc renunciationem impe- diri, si quis prius impetraverit à summo Pontifice benefi- cium homicida: in euentum priuationis quod Domin. in d. confil. 105. tenet in hac specie, opinatus, renunciationem itā nullam esse in hunc sensum, vt possit postea his tractari, & lata priuationis sententia, renunciatio fiat inutilis. Contra- rium tamen in hoc ex dicta gl. probare conati sunt. gloss. in d. reg. Cancell. 27. col. 2. Chaffan. in d. confil. 44. num. 22. Ioā. Staphil. de literis grat. & iustit. fol. 64. Probus in d. nu. 6. Rota praecitata 5. in antiquo. oridit. de re iud. Anton. Butr. in confil. 33. Aufrer. in ad- ditionib. ad Capell. Tholos. decis. 436. Lud. Gomez. in reg. de annali. q. 42. nu. 4. quibus multum accedit decisio Aegidij à Bellame- ra, decis. 739. Horum opinio magis recepta est, sicuti ex praedictis auctoribus apparet. Nec iure admittendum est, quod ipse Domin. probare vult: nempe, post hanc renunciationem, aut aliam vacationem beneficij aliter, quam per priuatio- nem contingentem posse iudicem procedere ad priuatio- nem. Etenim hic processus iam inutilis erit, cum ipse, ad- uersus quē priuationis sententia ferenda est, nō obtineat, nec possideat beneficium: atque ita visum est. Rota in no- uis. 491. & Ludou. Gomez. in d. reg. de annali. q. 42. num. 5. sic nec ipsius Dominici altera ratio vrget, scilicet quod non possit fieri renunciatio, nec dispensatio in prauidicium eius, cuius quaesitum est. Nam illud est verum, vbi agitur de prauidicio iuris pure quaesiti: non autem vbi ius quaesitum est conditionale & incertum: secundū Rom. confil. 256. Lud. Gomez. in d. q. 42. & in reg. de non tollendo iure quaesito. q. 3. quo in loco multa ad hoc allegat.

Ceterum, quod Anton. à Butr. in d. confil. 43. addit, hāc ren- unciationem esse nullā, quoties ea facta fuerit post scientiam prioris impetrationis: quasi ea in fraudem fiat. ca. 2. de renunciat. in 6. mihi dubiū est, imo falsum videtur. licet Au- frer. in d. decis. 436. & Felin. in c. in nostra. num. 38. de rescript. idem scripserint Antonium sequuti. Nā qui renunciat, iure suo vitur, & ideo nullam fraudem committit: quippe, qui sibi ipsi consulurus, vel amico, vel consanguineo, eidem be- neficio renunciet, non vt noceat impetranti. Etciam in d. c. 2. manifeste colligitur fraus renunciantis, qui non, vt sibi consuleret, sed vt impetranti noceret maximis coiecturis ad id existentibus, renunciat beneficio, atque ideo in ea specie fraus excluditur: habetque rationem aliquam illa decisio à l. si filie. mes. vbi Bald. ff. solut. matrimo. not. Boer. in tract. de legato. f. l. paruo. 16. quibus addendus est Barb. in confil. 60. lib. 4. colum. 1. & 2. Potissimē hac Butrij opinio non sibi satis cō- flat, siquidem ipsemet opinatur renunciationem istam fa- ctam ab ignorante, validam esse, etiam si prior impetratio haberet decretum irritans, & tamen hoc decretum adhuc ignorantes afficit, c. dudū. de prabend. in c. 1. §. adiciebatur. de concess. prabend. vbi hoc communi omnium consensu receptū est, & traditur in ca. si eo tempore. de elect. in 6. in gloss. ignoranter. & in c. si postquā. de praben. eod. lib. per Card. in clem. 1. q. 18. de elect. & alios, plerisque in locis.

Igitur Dominici responsum non est ita simpliciter ad- mittendum: sed tunc demum, quando in prioris impetra- tionis literis expressim sit appositum, quod renunciatio lite pendente facta ab ipso priuando cedit in vtilitatem im- petrantis: cuius clausulae meminere Ioan. Staphil. in d. fol. 64. & Probus in d. c. Alma mater. Soletque concedi, ac literis clausula ista adscribi post primam priuationis sententiam, non antea: vt ipse Staphilaeus testatur, & nisi fallor, ex hoc minimē tollitur Episcopo dispensandi potestas: ipsaq; dis- pensatio impedit priuationis sententiam: quidquid con- trarium senserint Domin. & Ioan. Staphil. in d. fol. 78. Nūc er tamen Carol. Molin. in reg. Cancell. 18. nu. 55. communē opi- nionem improbat, vbi ea renunciatio fit in fauorem certae personae: cuius sententia fortassis iure & aequitate prae- ualeat ob fraudem, quae in hac specie manifesta videtur. idcir- co lector optime cogitabis.

His verò, quae de dispensatione super hac irregularitate diximus, illud libenter adiecerim, quod in proximam cō- fert vtilitatem, nempe posse dispensare in hac irregulari- tate contracta ex homicidio, quod per iudicem, aut iustitiae ministros fuerit commissum, eum qui potestatem habue- rit dispensandi super irregularitate contracta ex homici- dio

casuali. Nam que ad hoc, homicidium istud casuale cen-
setur, quippe nullam culpam, imo meritum habeat. quod
Caiet. adnotavit in summa. in verb. irregularit. in fin. tamen hoc
homicidium voluntarium verè sit, licitum tamen, vt satis
constat. Atque hæc dicta sunt de homicidio voluntario, de
irregularitate ex eo contracta, & de dispensatione super
hoc impedimento impetranda, à quo scilicet petenda sit.
Reliquum erit de homicidio casuali tantisper agere, ad
pleniorum huius tractatus examinationem.

§. Q V A R T V S.
De homicidio casuali.

S Y M M A R I A.

- 1 Homicidium casuale quid sit & quando ad irregularitatem sufficiat, nu-
mer. 10.
- 2 Irregularitas oritur ex homicidio casuali cum distinctione operis illiciti, &
liciti, & ibidem de Medico, que in hoc §. datus explicatur, quam sue-
rit à Doctoribus tradita.
- 3 Chirurgus, an irregularis sit & de Medico Chirurgi, clericus: & an me-
dicus imperius puniatur de morte egroti & de sagitta à vulnerato ex-
tracta.
- 4 De dolente cum femina pregnante illicitè, ita vt abortus sequatur. &
inibi intellectus cap. sicut homicid. & num. 10.
- 5 Si equitans puerum irruerit, quatenus tenetur, item si Magister discipu-
lum castigans modum excedat. Item, si campana pulsatio causam morti
dederit & de hoc vide etiam num. 9. & inibi intellectus cap. dilectus. de
homicid. & num. 10.
- 6 Si in iusu licito ex lapide ictu quis vulneratus mortuus fuerit & inibi in-
tellectus cap. exhibita. de homicid. & ibi de ictu disci, perperisus Homeri
lectus.
- 7 Sphæra ludus apud Homerum exponitur ad Iulij Pollucis interpretationem
aduersus Erasmodum.
- 8 Diligentia summa excusat irregularitatem in homicidio casuali, & inibi
intellectus cap. continebatur. de homicid.
- 9 Latissima culpa, an efficiat quam irregularitatem in chartarum iusa aliquis
occisus sit item si mulierij occasione vir uxorem interfecerit.
- 10 Nulla aduersus communem Canonistarum distinctionem de opera licita,
& illicita ad casuale homicidium traduntur: & inibi vera resolutio.
- 11 Habens in domo vesum, leonem, canem, aliamve feram, an sit irregularis si
ea hominem occiderit.

Homicidium autem casuale illud dicitur, quod casu
1 præter intentionem committentis, vel causam dan-
tulerit. Nam secundum Aristot. 2. Physic. *Causa est causa
agens præter intentionem*, cuius rei gratia subiciam hoc in loco
S. Thom. dist. 2. 2. q. 64. art. 8. ea, inquit, que casualia sunt, simp-
liciter loquendo, non sunt intentæ, nec voluntariæ. Et quia
omne peccatum est voluntarium, secundum Augustin.
consequens est, quod casualia in quantum huiusmodi, nõ
sunt peccata: contingit tamen id, quod non est actus, & per
se voluntarium, vel intentum, secundum quod causa per
accidens dicitur remouens prohibens. Vnde ille, qui non
remouet eam, ex quibus sequitur homicidium, si debeat re-
mouere, erit quodammodo homicida voluntarius. Hæc
Thomas, qui statim sequitur & probat communem Cano-
nistarum distinctionem, que solet in homicidio casuali
adhiberi in hunc sanè modum, vt qui dedit operam rei
illicitæ, si casuale homicidium sequatur, irregularis sit: si-
ue adhibuerit diligentiam, quam potuit, ne sequeretur: si-
ue negligens fuerit. Is verò qui dedit operam rei illicitæ,
tunc denique sit irregularis, cum non adhibuit eam di-
gentiam, quam potuit & debuit adhibere, ne homicidium
casuale sequeretur. Hanc opinionem ex pluribus iuris
Pontificij decisionibus exponit gl. in *officium dignum*. §. vlt. in
verb. *confiliam*. & in cap. *continebatur*. de homicid. & vbiq. Dd.
communiter: Caiet post S. Thomam in d. art. 8. vbi eleganter
scribit, hanc distinctionem quoad irregularitatem esse ad-
mittendam, non tamen quoad peccatum: siquidem ille,
qui dat operam rei illicitæ, si adhibuit diligentiam, quam
debuit, & potuit, ne homicidium casuale sequeretur: &
nihilominus casu id contigerit, erit reus illius actus illiciti,
cui dabat operam, non tamen homicidij, sicut nec quo-
ad peccatum erit homicidij reus, qui dedit operam rei il-
licitæ, & aliquam absque dolo culpam habuit: tenetur tamen
penitere. gl. Abb. & Anan. & Felin. in cap. *presbyterus*.
de homicid. text. optimus in cap. vlt. 15. quest. 1. Alfonso. à Castr. lib.
2. de potestate legis penalis. cap. 14. vers. *secunda propositio*. & Dom.
Sor. lib. 5. de iust. & iur. q. 1. art. 9. eandem Canonistarum di-
stinctionem sequuntur Alber. Trotius de vero & perfæct. cler.
lib. 2. cap. 17. Gonfal. à Villad. de irregular. cap. de percussore, col. 6.
Soc. in cap. ad audientiam de homicid. nu. 48. & post alios Syluest.
in verb. *homicid.* 2. col. 1. cui equidem distinctioni ad eius pro-
positionem aptanda sunt aliquot iuris humani responsa.
Primum ad prioris partis exemplum adduci solet tex. in

c. tua nos. in princ. de homicid. etenim monachus, qui timore
pietatis causa, ferro aperuit, quia vulneratus morte obiit,
irregularis censetur: & tamen omnem diligentiam adhi-
buit, quæ chirurgus periculosissimè adhibere tenebatur. E-
sunt necessaria. Primum, quod sit peritus in ea professione,
& arte. l. *illicitas*. §. *sicuti*. ff. de offic. presid. Secundum, quod
moneri infirmum, vt præcaueat ab his, que sibi innocue-
mento futura. text. in d. *c. tua nos*. Nec tamen tenetur semper
Dd. in d. *c. tua nos*. nisi ægrotus propter maximum ægritudi-
& continuo adesse ægrotò, secundum Holtien. Anchar. &
nis periculum custodia indigeret, tunc equidem tenetur
medicus vel præsens esse, vel admonere, vt diligenter cu-
stodiatur. Sic Host. ceter. in summa de etat. & quali. §. *ordo*.
ex post facto. quem refert & sequitur Ripa. in tract. de pæsi. par-
t. 1. §. *medicorum*. num. 48. quo in loco multa adducit de medi-
cis imperitis, an & hi teneantur, si infirmus ob eorum cul-
pam moriatur, Eit enim text. in d. *c. tua nos*. qui probat
mortem ægroti imputari. idem constat in d. *§. iur.* vbi Al-
ber. existimat, medicum imperitum, cuius causa ægroti
mortem obierit, pœna extraordinaria, non ordinaria pe-
niendum fore. l. 3. §. 1. ff. de sicar. notat Ripa in d. §. *medicorum*.
rigia l. 6. tit. 8. part. 7. vt hinc merito Iouianus Pontanus dicitur
in Charòte, Liberis medici viuunt, vt quibus permit-
tum sit, hominem impune occidere. Medicos enim non
modo lex absoluit ab homicidio, verum mercedem que
que eis statuit. Hæc Pontanus. Igitur cum in specie *c. tua nos*.
c. 1. monachus feminam illam admouerit, vt à ventro
cavaret, & ipsa vento & sponens seipsum, mortem obiit,
apparet, non alia ratione monachum illum censeri irre-
gularem, quam quod operam dederit rei illicitæ: non sim-
pliciter, sed sibi: quia chirurgus esse non poterat. text. etia
c. *sententiam sanguinis ne cler. vel monach.* Nullus, inquit, clericus,
ruptariis, ballistariis, aut huiusmodi viris sanguinum pro-
ponatur: nec vllam chirurgi artem subdiaconus, dia-
conus, vel sacerdos exerceat, que aduentionem vel inci-
sionem inducit. Qua ratione Pan. ibi. col. pen. & in ac. Paul.
Parit. conf. 96. col. vlt. 4. tenent, clericum in minoribus con-
stitutum beneficium ecclesiasticum habentem irregula-
rem esse, si ex chirurgia officio, cui operam dedit, aliquis mor-
tem obiit absque eius culpa, quippe qui artem sibi in-
dicam exerceat. Hic est ergo verus intellectus ad text. in
d. *c. tua nos*. sicuti gl. sub obscure, & Dd. manifestè inibi
diderunt. Quorum opinione ipse censèo veram esse, pot-
tès ægrotus moriatur ex causa alicuius aduentionis, vel inci-
sionis à chirurgo illatæ. Nam si chirurgus nullam adu-
sionem, nec incisionem fecerit, & tamen ab alio vulner-
ratus, aut alioqui ægrotus moriatur absque culpa chirur-
gi, vel si à chirurgo aduultus, aut incisus, non ex occasione inci-
sionis, vel aduentionis, sed ipsa graui ac lethali ægroti
mortem obierit, nulla contrahitur irregularitas: quod
tis constat ex constitutionibus ad hanc rem paulo ante
tatis. His omnibus illud libenter addiderim, quod clericus
in minoribus constitutus ordinibus, chirurgiæ artem ex-
ercens, poterit eorum seculari iudice cõueniri pro negli-
gentiis, & culpis commissis in eius artis vsu. notat optat.
Ioan. Gallus in quest. 150.

Hinc inferitur, quod si laicus, aut clericus in minoribus
chirurgus esset, & iuxta artis peritiam chirurgiæ operam
daret, atque ex aliqua incisione absque eius culpa ægrotus
periret: non esset irregularis censendus: notat Card. in
c. *tua nos*. & Mari. Soc. in c. ad audientiam de homicid. num. 31.

Sic et idem Card. in d. *c. tua nos*. 1. col. scribit, quod si mon-
achus, aut clericus exerceat medici artem, & peritus esse,
atque absque eius culpa, casu infirmi & ægroti moriatur,
non esset irregularis: quippe operam daret licite rei, de
que non est ei interdicta, c. ad auros. de etat. & quali. Nam
confultit Romanus Pontifex, quod his ad ordines non pro-
moueat, si is conscientiam habet Iasam alicuius culpæ
quasi liberè permissum iure sic ad ordines sacros promo-
ueri, vbi medicam artem absque culpæ suspitione ex-
erceat.

Ex his etiam apparet, eum irregularem esse, qui infirmis
& ægroti curam habens, dedit ei aliquam portionem ab
medicorum mandato, aut contra eorum prohibitionem
ægrotus ex hoc mortuus fuerit: notat Innoc. & Dd. in
c. *tua nos*. & Marian. Soc. in d. c. ad audientiam. num. 37.

Pari sanè ratione qui ægrotum in mortis ægroti
anxia